

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mirabile siue miraculum a
cum fonte primo

Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo profecto minus est quam totus hic mundus, id est celum et terra et omnia que in eis sunt que certe Deus fecit.

Nam et omni miraculo quod fit per hominem, maius miraculum est homo. ←

Quamuis igitur miracula uisibilium naturarum uidendi assiduitate uilescent, tamen cum ea sapienter intuemur, inusitatissimis rarisque maiora sunt.

Augustinus libro X. de ciuitate Dei. →

Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo, profecto minus est quam totus hic mundus, id est caelum et terra et omnia quae in eis sunt, quae certe Deus fecit.

Sicut autem ipse qui fecit, ita modus quo fecit occultus est et inconprehensibilis homini.

Quamuis itaque miracula uisibilium naturarum uidendi assiduitate uiluerint, tamen, cum ea sapienter intuemur, inusitatissimis rarissimisque maiora sunt.

Nam et omni miraculo, quod fit per hominem, maius miraculum est homo.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 10, 12 (CCSL 47, B. Dombart ed., pp.286-7, ll.16-24).